



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Filiæ Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum, tam certæ, quàm incertæ professionis. cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

huius premium perceptura, migravit, ac sepulta est, anno Domini
1278 Panvinus Rom. Princip. lib. 3. Genealogicon Rom. & alij.

Agnes, Ludouici V. Imp. filia.

AGNES, Ludouici V. Bauarij, Imperatoris, ex Margareta Augusta
Hollandica, uxore secunda, filia, quæ ab omnibus fere familiae Baua-
nicæ scriptorib. prætermittitur, a patre in monasterio Fursfeldensi,
quod auius eius Ludouicus Dux Bauariæ ædificauerat, Deo oblata,
& Sanctimonialis habitus induta, anno Domini circiter 1329. in eo-
dem obiit & sepulta est. *Franciscus Belforestius in cosmographia, in de-
scriptione Bauariæ.*

*Filia Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum,
tam certæ, quàm incertæ professionis.*

Cap. XXXIII.

S. Sopatra, Mauricij Imperatoris filia.

SOPATRA, Mauricij Imperatoris Constan-
tinopolitani, & Constantiæ Augustæ, Tiberij
Imperatoris filia, filia, exemplis S. Eustoliæ
Romanæ, uirginis & Sanctimonialis informa-
ta, concedente patre uitam Monasticam pro-
fessa, in monasterio quodam Constantinopoli
se constructo, ibidem miraculis clara diem obiit quinto Idus No-
uembriis, & in numerum Sanctorum relata est. Vixit anno Domini
600. & quod excurrit.

Gordia, cum duabus sororibus, Mauricij Imp. filia.

GORDIA, Vxor Philippici: & N. Theodosij coniunx: ac alia N.
anonyma, Mauricij Imperatoris, ex Constantina uxore filia, patre a
Phoca Casare occiso anno 604, una cum Matre Constantina Mo-
nasticam Constantinopoli professæ eodem Phoca permittente, an-
no sequenti eodem iubente, simul cum matre sua, gladio neca-
te sunt.

Tecla, cum sororibus, Theophili Imp. filia.

TECLA, Anastasia: Anna: & Pulcheria, Sorores, & Theophili
Imperatoris Constantinopolitani, ex Theodora Augusta Paphlago-
na, filia, infidiis fratris sui Michaelis III. Imp. una cum matre in cor-
nobio S. Mariæ in Blachernis deponsa anno 854. post matris mor-
tem

G G g tem

rem a Basilio Macedone Imp. ad monasterium Mannæ, quod Ge-
stria vocatur, translata, ibidem in monastica obseruantia vitam fe-
cierunt.

Eudoxia, cum sororibus, Basili Imp. filia.
EUDOXIA, Maria, & alia duæ earum sorores Anonymæ, Be-
filij Macedonis, Imp. ex Eudoxia Augusta filia, post patris sui
mortem anno Domini 886. in monasterio S. Euphemie Deo con-
secrata, Christi Domini sponsa factæ sunt.

Anonymæ aliquot Constantini Imp. filia.

FILIAE aliquot Constantini VII. Imp. & Helenæ Augustæ, a fra-
tre Romano, Imp. per Ioannem Studij Ducem Monachæ detor-
se, & vestitu regio exuta, regiaque eiecta anno 962. simul atque
ipse Ioannes discessit, ob animi dolorem monasticam vestem exuta
carnes comederunt, & in iudicij se reddentes, meretricium que-
stum sunt amplexæ.

Eudoria Constantini Imp. filia.

EUDORIA, Constantini IX. Imp. & Helenæ Augustæ, filia
maior, sponso carnali contempto, Christum æternum Deum con-
cepto voto eligens in virginitatis proposito, & monastica obser-
uantia, ad finem usque vitæ permansit. Floruit an. Domini 1000.

Maria, Isaaci Imp. filia.

MARIA, Isaaci Comneni Imp. ex Aecatherina filia, patre, &
matre Religionem ingressis, maerem sequuta, Sanctimonialis effu-
cta est in monasterio Palatii Myrdæi, anno 1059. ubi moriens lo-
pulta est.

Anonyma, Isaaci Imp. filia.

N. I. S. A. C. I. Angeli Imp. ex N. Augusta, filia, consentientibus
parentibus Deo dicata, in eius sequitio libera permansit. Vita
anno 1200.

A N N O T A T I O.

Admonendus est Lector, nos in his filiabus Imperatorum Constanti-
nopolitanorum, sicut nec in filiis, nec in ipsis quoque Imperatoribus, &
Imperatricibus Orientis, Monachismi auctores non adducere, nisi in alijs
obseruamus. Præter enim paucos qui ab Historicis nonnullis, non ta-
men omnibus, pro Benedictinis agnoscuntur, ut sunt, Theodosius III.
Michaelis, III. & VII. Isaacius Angelus, & Ioannes V. Cantacruenus,
Imp.

Imperatores: & S. Ignatius, & B. Alexius Crinitus, filii Imperatorum;
 & Sancta Sopatra, Maria; & alia Anonyma, Imperatorum filie, re-
 licti omnes, & ipse Regule incertae, & Monachi potius a nobis ap-
 pofiti, quam quod Benedictini fuerint: possent tamen fortassis & ali-
 qui alij esse, qui ab historicis non produntur, tum quod monasteria in qui-
 bus vixerunt ignorentur, tum etiam quamvis fiantur, sub qua tamen
 regula militent Monachi, Basili scilicet, an Benedicti, pro comperto non
 habentur. Ut autem in genere demonstremus, que specialiter ex industria
 consimus, auctores qui de eorum monachismo agunt, & que precipue & ex
 quibus ea que diximus accepimus, sunt, Joannes Zonaras; Nicepho-
 rus Callistus; Joannes Cuiropalates; Georgius Cedrenus; Nicetas Chro-
 niat; & Nicephorus Gregoras ex Grecis: ex Latinis vero D. Paulus
 Diaconus Monachus Casinas; Sextus Aurelius Victor, & eius Appen-
 dix; Joannes Baptista Egnatius Venetus; Frater Onuphrius Panvinus;
 Genealogicon Romanum, & alij recentiorum permulti, qui ob breui-
 tatem omittuntur. Hi a curioso Lectore consuli poterunt, quem ob-
 tineri obestor, ut si quem alium ex ordine Diui P. Benedicti fuisse depre-
 henderit, illum notare non pigeat; & fructum benedictum de labore suo
 cum Benedictinis percipiet.

